



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

5. Christiana generositas mortis contemptus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

A mus tranquillè degere, anima in expedito est habenda.

Philip. c. 3.
vers. 23.

mus tranquille degere, anima in expedito est habenda.
 Ego mei finem tuncam, cum sciam me sine fine non
 esse, imò cum sciam omnia esse finita? Ego ultimum
 suspirium, quod finem dabit omnibus suspiriis, formi-
 dum? Ecur reddere dubitem, quod ex lege accepi ut
 reddam? At difficile est, inquis, animum perducere
 ad contemptum animæ. Est facile, sed scienti vivere.
 Summum diem exhorreo non perire, sed non vivere.

Quin mors habeat aliquid terribile, non negamus, sed Mors ha-
ideo discendum quâ ratione mortem non timeamus, ut aliquid
Nemo discit, ut æquo animo in rosâ jaceat, ut hilaris terribile.

Nenſo diſcit, ut æquo animo in roſâ jaceat, ut hilaris ad offerens menſam accumbat, ſed in hoc duratur, ut doloribus non cedat. Hilaris venientem mortem ex-
cipit, qui ſe ad illam diu compoſuit. Et hoc maximum
animi generoſioris argumentum eſt, ſi exire non me-
tuit. Scit enim quò exiturus ſit, qui unde veneſt
meminit. Theodoſius Imperator talis, de quo Ambroſius
dicere ſolebat: *Dilexi virum, qui cum moreretur, magis de*
Eccleſiarum ſtatu, quàm de ſuiſ periculis angebatur. Tu ergo
mortem ut nunquam timeas, ſemper cogita.

Deus ho-
minem
morbi can-
cellis sepi-
tur?

Captivum
esse Dei
magnum
quid est.

cap. 2.
vers. 10.

Lib. 26. nat.
hist. cap. 7.
ante med.

Seneca
epist. 77.
Vitam ne-
mo bene
rexit qui
mortem
non con-
tempnit.

Mors in
omnes
grassatur.
Seneca
epist. 77.

In morte
timor
mortis ali-
quid mali
est.

§. 6. *Mortis contemptæ specimen.*

N Inachus, prætor Malacensis in Indiâ, iussus mag-
 gistratu se abdicare, non tulit ignominiam, veri-
 honoris & solidæ virtutis ignarus. Confestim ex aloë *Pet. Masso. lib. 5. ind.*
 aliisque odoratis lignis ex ætuli pyra, quadratum juxta *bist. mibi pag. 150.*
 suggestum nobilissimis auleis, ceteraque pretiosa veste
 contraxit. Ex eo suggestu ipse aurea togâ gemmisque
 præfulgens, ad cæcumfusalæ concionem de rebus ab
 se gestis orôque vitæ suæ cursu disseruit: expolitissime
 beneficiis, quæ in captivos Lusitanos difficillimo tem-
 pore contulisset, nullo suo delicto, spoliari se dignita-
 te, dolenter admodum & acerbè conquestus est. Tum
 Lusitana ingenia detestatus (ad eò funestas humano
 pectori subdit faces ambitus) se in ardentem rogam
 injecit, mortis contempтор.

De non abfiliis mortis contemptu Aelianus : Eft, *Aelia lib. 5. var. hiflor. cap. 6.* Calani finis dignus quem laudemus ; alius dixiffet, quem admiremur. Fuit autem ejusmodi. Calanus fortiffima Indus, cum Alexandro, Macedonibus, infuper & vite longam vale dixiffet, in præcherimo Babylo-
nis suburbio pyram æ lignis odoratis cedro, thyo, cupreffo, myrtho ac lauro extruxit, obitque confucto curfui exercitio, pyram confcendit, mediæque ftræ lignorum fteris coronatus, affilgente, quem ipfe adorabat, fole. Quo factò fignum Macedonibus dedit, ut pyram incenderent. Attente jam rogo, flammis involutus Calanus, confitit immortis, neque antè collapsus eft, quam expiraffet. Alexander viri animum obftupefcens dixiffe fertur : 2 Calano potentiores *Potentiores hofte debellavi.* debellatos quam à fe. Nam Alexander cum Porò, Taxilâ, Dario bellum gelferat, Calanus cum Labore & *quam Alexander.* Morre.

Ergone tantum robur vanissimis hominibus fuerit in mortem, & Christiani Deo adiutore freti trepidant concidantque animis? Non est malum mors, led malum est, mortis metus. Obsecro res ipsas examinemus, non umbras rerum. Si Seneca credimus, mors optimum naturæ inventum, malorumque omnium remedium est. Quid ergo ad extrema trepidamus? Excipiemus magna & immortalis pax, voluptas æterna. Invicti esse possumus. Transeundum est. Ex ipsa igitur longioris ævi desperatione fumendus est animus. Fiat virtus quod fore necessitas. Certè Christianus sapiens nihil facit invitus, necessitate omnia effugit, quia vult quod ipsa coactura est. Ergo libenter faciamus, quod non possumus non facere; æquo animo expectemus nostri aut finem, aut potius initium. Sereno semper est animo, qui mortem scit contemnere.

E

§. 7. *Animus*

Tom. I.